fectus apud Beneventum regem Manfredum, filium quondam recolendae memoriae domini Friderici Romanorum imperatoris, et exercitum ejusdem regis Manfredi devicit, ac ipsum regem, et ejus quasi gentem totam occidit, sibique totum regnum Siciliae subjugavit, per iniquam fidelium proditionem.

Pisanae civitatis reconciliatio facta fuit de excommunicatione seu interdicto, pro eo quod dicebatur adhesisse Manfredo regi Siciliae, et fecisse contra Lucanam civitatem existentem sub protectione domini Papae: quae reconciliatio facta fuit pro Matri nostrae ecclesiae, et sanctissimo Patri nostro Clementi IIII. et postea confirmata a communi Pisano magistro Heliae capellano domini papae pro sede apostolica recipienti, tempore domini Alberti de Turricella Pisanorum potestatis, et Othonis de Canova nova capitanei, anno Domini MCCLXVII, indictione nona, ~~A.D.M.cclxvii.~~ xvii kalend. Maii. Pro qua reconciliatione, et mandatis

a) profectus B.
a) recordationis V.
a) et B
eius quasi B
b) occisit V.
c) proditione V.
d) interdictione B.
e) in qua erat V.
f) adesisse V.
g) protexione V.
nre
domino VB
capell. B.
h) pisane V.
g) octonis VB.
h) capit. V
i) ind. nonae

5